


C. Molbech.
1812. (Kiöbt i Stockholm.)

Nordiska Kämpa Dater,
J en Sagoflock samlade
Om forna
Kongar och Hjältar.
För hwilken / förutan et ständigt
ÅTTARTAHL
På alla befintliga
Swenska
Kongar och Drottningar /
Äfwen
Et FÖRETAL finnes /
Angående orsaken til detta wärk, Göta språkets förmån, gamla sakers nögje, Sagors trowärdighet och de här trycktas tidatahl, jämte förteckning på dem, som tilförende warit tryckte &c.

VOLUMEN HISTORICUM,
Continens
Variorum in orbe Hyperboreo Antiquo
REGUM, HEROUM ET PUGILUM
Res præclare & mirabiliter gestas.
Accessit, præter
CONSPECTUM GENEALOGICUM SVETHICORUM
REGUM & REGINARUM
Accuratissimum,
Etiam
PRÆFATIO
De
Caussis editi hujus Operis, Linguæ Gothicæ prærogativa, rerum Antiquarum jucunditate, Historiarum Hyperb. fide, earumque heic editarum Chronotaxi; Addito etiam ante evulgatarum Catalago &c.



STOCKHOLMIÆ, Typis JOH. L. HORRN. Reg. Archivi Typogr. Anno 1737.

Den
Stormägtigste
Förste och Herre,
FRIDRICH
Den Första,
Sweriges Götes och Wändes
Konung 2c. 2c. 2c.
Regerande
Landt-Grefwe til Hessen,
Förste til Hirschfeldt/ Grefwe til Catzen-Ellnbogen, Diets, Ziegenhaijn, Nidda och Schaumburg. 2c. 2c. 2c.

Min Allranådigste Konung.

CELSISSIMI HEROES,
Perillustres MÆCENATES
&
Generosi PATRONI.


Pus hocce deproperatum, me hercle, magis quam elaboratum, *VOBIS*, HEROES; MÆCENATES ac PATRONI, jam tandem dedicatum eo consecratumque; ob beneficia quidem haud vulgaria, sed quæ præstita, IPSI, pro Heroica, Prælustri ac Generosa VESTRA consuetudine, censebitis, scio, fere nulla; quæ etiam posthac præstituri sitis, si ego, spe, futuri sitibunda, blandulaque conjectura adsequi conarer, næ, vel sic, imprudentis charactere hominis notarer certissime. Et de hoc, profecto, nisi meopte genio, saltem Senecæ effato, monitus, pulcre utpote dicentis: *omnia, mihi crede, etiam felicibus, dubia sunt, nihil sibi quisquam de futuro debet promittere.* Si placuerit labor meus, erit, de quo mihi gratuler modeste; sin displicuerit, mandato tamen munere me functum, adseret quivis scenæ peractæ peritior, idemque iudex candidior. *Rara* quidem, observante etiam olim Tacito, *temporum est felicitas, ubi quæ sentias, dicere licet*, *VOBISCUM* tamen, HEROES, MÆCENATES & PATRONI, prorsus auspicato, Svethicis Camœnis *Saturnia* reditura *tempora*, haud vani augurantur, quotquot *VESTRAM Sapientiam, Prudentiam, rerumque agendarum Peritiam* venerabundi adgnovere. Ast, nec has DIVINAS VIRTUTES, unquam sentietis pollutas, si etiam meis Votis, illa subvenire volueritis Ope, quam tot alii diversi studii & sortis Candidati, solicite ambiverunt, læti acceperunt. Ut hoc faciatis, VOS per Apollinis & Musarum sacratissima jura obtestor atque rogo, nullo non tempore permansurus

CELSISSIMORUM,
PERILLUSTRIUM
ac
GENEROSORUM
NOMINUM VESTRORUM

devotissimus
ac
humilimus cultor

ERICUS JULIUS BIOERNER.

Sägne Kwäde
Öfwer
Detta Wärks
Lärda Utgifware.

NÄr egen kiärlek sätts å sido och til rygga,
Och hwar och en wil sig wid sanning endast trygga,
Samt utan wälde läs, hwad hälst för Sak thet rör,
Och icke pennan straxt til wedersagu för.
Tå får man ofta lius, ther eljest mörkt kan wara,
Och genom id och flit, alt mer och mer erfara,
En sanning, som sig dölgt i många hundra åhr,
Och komer swåra fram, ther afund gärna rår.
Af wåra grannar then, som lärder rätt wil heta,
Och i the gamla Skrin och Skrifter noga leta,
Han lär få räkna, och med öpna ögon se
Sin Ätt från Attland ut, och icke ther åt le.
Nu jakar Egenolf/ med många skiäl tilhopa,
At Manheim wårt är älst bland länder i Europa,
Wår Biörner lär ochså wäl låta sama låt,
Med sådan grund, som mann så lätt ej komer åt.
Hwad andra lärda förr, af gamla Sagor wisat,
Gås nu förbi, i ty nog främande dem prisat,
För thet the letat up, hwad länge legat dolt,
Och ej för kärna skal, och annan fläder sält.
På Eder önskar jag, wår Biörner lärd och kiäcker,
Then Sägnen sannas, som om Biörnen här än räcker,
Sex manna wett/ ther til tolf manna styrka stor,
Han nog urasel fått, och blixtar som en Thor.

Upsala den 12. Aug. 1736. — J hast, doch wälment, yrkt af
Olof Rudbeck/ Sonen.
Kongl. Archiater och Professor.

Syllabus hujus operis.	Detta wärks indelning.
1. Præfatio ad Lectorem.	1. Företal til Läsaren.
2. Conspectus Genealogicus.	2. Attartahl.
3. Origines Norrigiæ.	3. Norriges Upfindelse.
4. Rhythmi de Carolo & Grimo.	4. Rimen om Karl och Grim.
5. Rolfi Krakii &c. hist.	5. Rolf Krakes rc. Saga.
6. Fridthiofi hist.	6. Fridthiofs Saga.
7. Alfi &c. hist.	7. Alfs rc. Saga.
8. Romundi hist.	8. Romunds Saga.
9. Halfdani Branæ al. hist.	9. Halfdan Bran. Fost. Saga.
10. Sorli hist.	10. Sorles Saga.
11. Halfdani Ejsteni fil. hist.	11. Halfdan Östensons Saga.
12. Samsonis hist.	12. Samsons Saga.
13. Wolsungg. hist.	13. Wolsunga Saga.
14. Ragnari hist.	14. Ragnars Saga.
15. Ani hist.	15. Ans Saga.
16. Norna Gestii & Helgi Th. hist.	16. Norna G. och Helge Th. Saga.
17. Thorsteini hist.	17. Thorstens Saga.

Con-

Stormägtigste, Allranådigste
Konung
Och
HERRE!



Ust, när denna tid, et hisligt Kämpagny och wapnabrak, å de orter förspörjes, där wåra forna Göta-Fäder, med ställta Græker och Romare, haft deras mästa tummelplaß, då frambringar och et särdeles öde, utur ålderdomens tjocka mörker, för **Eders Kongl. Maj:t.** en tämmelig Flock af dylika **Götar** och **Nordländningar**, alla härli goda **Kongar**, **Hjältar** och **Dandemänn**. Hwilka hema, i unga åhren, med idrottar eller Ridderliga öfningar upfödde, bland likar och fosterbröder upmuntrade, i enwigs Kamp, eller dueller och torneringar uphärdade, sedermera med hurtigt mannamod och dråpliga krafter, endels, både i det willa brusande haf, medels wiking eller siöhernad, som och i utländiska marker och fällt, för Borgar och

 Fästen/

Fäſten, i Aſa och Mora land eller Blåland, i Græka och Roma land, i Tyſk- och Walland, under dundrande håra-ljud och ludragång, hafwa framfört ſina ſegrande Wapen, ſtåtliga Baner, bitande Swärd, faſta Skjöldar, gläntſande Hjälmar, ſtarka Harnäſk, ſpitſiga Glafwar och Pilar, ſamt knallande Walſlungor. Då dem wäl ofta mött många Digra Buſar, Blåmänn, Gettar, Troll, Drakar och Berſerkar, det är, reſliga, biſtra, raſwilla, luftſpringande och blodgiriga Kämpar, ja, ibland, Dwergar och Hamlöpare, eller känſtiga, ſnälla och wiga ſmåmänn, jämte annat både faſligt och pußlu-ſtigt folkſlag; Doch har wåra modiga Hjältars ädle, dygd och manndom, ſå mycket uträttat, at de, ſåſom ounwikeliga Banemänn, hafwa dem alla, hårt och twärt nederſablat, til wallen lagt, i grund fördärfwat och til Oden hänſkickat. Endels hafwa de och, efter ſlik utſtånden örlog och mannarön, ſatt ſig i ſtillhet och frid ſom lambet blid, ſkipat lag och rätt-wiſa, ridit ſin Åreksgata, ſyßlat om ſina Riken, Fylken, Hun-dari och Härader, genom Jarlar, Herſar och Lagmänn, All-mogen wärnat, Landtwärnsmänn tilſatt, hållit Möten wid Landamären, hembudit hwarannan til Julahelgd och Gäſta-bod, där giljat och giftats, ſwängt ſina dyrbara Bragar-Bägare och Hjälta-Horn, druckit mjöd och muſt, Thors, Odens, Frejrs, Göijas och Friggas minnen, giort dyra löften til nya och gagneliga Daters uträttande, i ſynnerhet å wißa ti-der, höſt, winter och wåhr, å Diſa och Alsherjar Thingen, offrat til berörde ſina Gudar och Gudinnor, för lyckligit åhr, Frid och Krig, ägta kärlek och ſamhälle, ſungit och förtält, med ordfagra kwäden, ſina kappra bedrifter, til hwilkas för-härligande och anteknande å Kaflar och Balkar, de hafwa för-ſkaffat ſkickeliga Hird eller Häfmänn och Skallder, låtande jäm-wäl, då de af lefnad wordo mätta, ſamt til Walhall eller dödſens rike, bland Enherjare, fara ſkulle, i Böta eller Runeſtenar, riſta ſina kunbara namn, deßlikes underſama Stenſtodar up-reſa, jämte anſenliga kumbla och jorda Högar, ſig til åwärdelig åminnelſe hos den wettgiriga efterwerlden.

Emedan

Emedan nu, **Eders Kongl. May:t**, til alla redeliga och behjärtade undersåtares stora nögje, Själf är en Frägdefull **Göta** och **Swea Att-Herre**, har åfwen **allramäst** af de nu regerande Kongar, med allmänt låford, biwistat **Bardaga**, eller Slag och **Stridsbuller**, warit tilstädes, då Borgar och fasta Städer nederbrutos, Förstar och tappra Männ nederslogos, kunnande altså wiseliga urdela, med hwad wett och klokhet alt slikt, som nu om wåra Nordiska Hjältar är berättat, och widare i närwarande Sagoflock warder anfört, må wara idkat och uträttat, lärande jämwäl, af egen träffelig erfarenhet, bäst kunna betyga, at **et owist krig, där Hjältar stupa, fast sämre är än mager frid.**

Dy torde också **Eders Kongl. May:t**, ej allenast wid någon ledig stund, ju efter gamal **Konga** sed, låta detta wärk Sig föreläsas, af någon hugprydig Håfmann eller och Småswenn, utan jämwäl mig, med Sin allranådigaste Ägishjälm, eller Skydds och Hiälpe-Hand, i sinom tid befrämja och hugna. Därföre jag, glader i gott hopp, til min dödsstund lefwer,

Stormägtigste, Alranådigste
Konung,
Eders Kongl. May:ts

Underdånigaste och troplicktigaste tjenare

ERIK JULIUS BJÖRNER.

SACRÆ REGIÆ MAJESTATIS
REGNIQ. SVETHIÆ
SUMMÆ FIDEI VIRIS,
SENATORIBUS PURPURATIS,
CELSISSIMIS ET ILLUSTRISSIMIS
COMITIBUS,

DN. GUSTAVO BONDE,
REG. Cancellariæ PRÆSIDI Vicario, PRÆSIDIQ. Illustri REGIÆ Societ. Litt. Upsal.

DN. SAMUELI BARK,
MEMBRO HONORARIO REG. Societatis Litter. Upsalensis.

HEROIBUS GRATIOSISSIMIS.

Nec non
Magnæ Fidei VIRIS,
Perillustribus & Generosissimis
BARONIBUS,

DN. JOH. HENRICO de KOCKEN,
REG. AULÆ Cancellario,

DN. OL. CEDERSTROEM,
Secretario Status,

DN. NICOL. de GEDDA,
Secretario Status,

MÆCENATIBUS MAGNIS.
Denique
Illustribus ac Generosis
DOMINIS,

DN. GUST. BONEAUSCHIOELD,
DN. GUSTAVO CELSING,
DN. JOACH. NERES,
DN. JOH. C. de BAHR,

Supremæ Cancellariæ CONSILIARIIS,

PATRONIS OPTIMIS.

Salutem & Prosperitatem!



Et hafwer Auctoren af denna nyligen igenom trycket utkomne Sagoflock af Nordiska Kämpa-Dater / uti sit företal / hwilket han utan wederbörlig Censur och Communication låtit trycka framför berörde Sagoflock / låtit pag. 7. inflyta en af en utländsk Scribent, om äldre och nyare Adelskap / brukad utlåtelse / hwilken innehåller en sådan mening / som af ingen rättsint kan gillas / och alt därföre af Auctoren ej hade bordt införas eller åberopas; wäl wetandes / at det rätta och sanskyldiga Adelskapet är det / hwilket hwar och en genom dygd och egna förtienster sig och sina efterkommande förwärfwat. I anledning hwarutaf hafwa Wederbörande / sedan de detta Auctorens fehlsteg funnit / i anseende til ofwanbemälte utlåtelses införande uti des företal / hwilket / som förberördt är / han utan behörig Censur af trycket utgifwit / icke allenast låtit honom eftertryckeligen sådant föreställa / utan ock anbefalt / at detta arcket af företalet / hwaruti samma utlåtelse är influten / skal aldeles förkastas och ombytas / hwilket också redan wärckeligen skiedt är. Detta har altså uppå Wederbörandes befalning jag härigenom skolat Allmänt tilkänna gifwa / på det hwar och en måtte wara underrättad om den åtskilnad / som finnes uti de exemplar, som redan äro utdelte / och dem / hwilka framdeles warda utgifne; ehuruwäl man hälst skulle se / at de / hwilke redan fådt några exemplar i händer med det ena arcket af den utländska Scribentens utlåtelse / wille det samma uti Kongl. R. Antiquitets Archivo inlefwerera / hwaremot de dersammastädes det omtryckta arcket genast kunna undfå.

Joh. Helin.
Secret. Reg. Archiv. Antiq.



Candide Lector.

ID, certe, accidit mihi, *prolegomena* de Linguæ Gothicæ Antiquitate, nec non Historiarum, quibus Hypeborea nostra gens præcelluit, cognitione, ad præsentem, quam Tibi sisto, Historiarum ejusce gentis Syllogen, inter varias fortunæ ac valetudinis adversæ jactationes deproperanti, quod illis evenire solet, quibus volupe, sole occidente, stellas oculis scrutari curiosis, ut, quarundam numero selecto, reliquarum, toto cœlo enitentium, mole, inopinato sæpe obruantur. Priore quippe prolegomenorum parte operose satis absoluta, vix posterioris dimidium, typis calescere cœpit pariter publicis, cum tanta rerum antiquissimarum, tam indagandarum, quam percensendarum, explicandarum probandarumque moles incubuit, ut totum laborem quam maxime coactus fuerim abiicere. Jdque non modo eapropter, quod res tractandæ, sic mutuo sese excipientes & augescentes, prolixum conficerent opus, brevi tamen, si Summo rerum humanarum Arbitro, vitam mihi atque bonorum adplausum concedere dignatus fuerit, pluribus omnino absolvendum antiquitatis remotissimæ deliciis, subque titulo: *Introductio in antiquitates Hyperboreo Scythicas*, sigillatim *prærogativam Linguæ* & *cognitionem Historiarum Gothicarum*, proditurum; sed etiam, quod viri quibus obsequium debeo, παλαιοφιλέστατοι, editionem ipsius Historici voluminis sedulo urgerent. Satis Lectori æquo factum iri putantes, si in antecessum nonnulla, quæ *caussas* operis edendi, *antiquitatis amorem*, Gothicarum *Historia-*

rum

Redlige Läsare.

När jag/ under hwarjehanda sjukdomar och motgångor/ påskyndades at til denna Sagoflocken/ utarbeta Företalet/ angående wårt Götiska Språks ålder/ samt Nordiska Sagors kjännedom/ då hände mig ljust lika öde med dem/ som efter dagsätan/ pläga ransaka Stjärnorna/ at/ sedan några wissa warit tagne i ögnasichte/ de och af flera allestädes framlysande/ warda oförmodeliga öfwerhopade. Ty sedan jag med möda hade fullendat berörde Företals förra del/ gittade jag den senare näppliga til hälften likaledes trycka låta/ innan så många saker/ dem jag i hastighet borde upsöka/ antekna/ uttyda och bewisa/ mig förekomo/ at jag med förtret nödgades altsamman å sido lägga. Och detta så wäl därföre/ at de således hopetals på hwarannan hängande och tilökande ämnen/ upwäxte til et widlöftigt wärk/ det jag doch/ om GUD behagade mig tilräckelig hälsa samt krafter förunna/ innan kårt/ skall å daga lägga/ med flera nöjsama anmärkningar/ under öfwerskrift af Inledning til wåra Yfwerboars Häfder/särdeles om Götiska Språkets förmån och Sagornas kiännedom; som och för den orsaken/ at många förnäma och wettgiriga fornälskare/ högeliga päyrkade själfwa Sagowärkets skyndesama utkomst/ menande Läsaren i medlertid worde sig nöjsandes/ at jag något anförde/ som kunde orsaken til detta wärks

)(tryc-

rum fidem, earumque præcipue, quas heic edidimus, χρόνοταξιν, indicarent illuſtrarentque, breviter ac ſuccincte proferrem.

Primo itaque ſciendum, Virum vere Purpuratum, h. e. *antiqua virtute* ac *fide*, Senatorem puta, *Sacræ Regiæ Majeſtatis Regniq; Suethiæ*, nec non Conſiliarium *Supremæ Cancellariæ* Præcipuum, Præſidemque *Regæ Societatis Upſalenſ.* Celſiſſimum ac Illuſtriſſimum Comitem, Dn. GUSTAVUM BONDE, opus hocce Hiſtoricum prudentiſſime non minus quam gratioſiſſime curaſſe & conficiendum & evulgandum. Is enim, ut *Regii* ac *Principis*, inde per *Ericum* vulgo *Nonum* atque *Folkungos* demiſſi Stemmatis *propaginem* refert prorſus *generoſam* ac *heroicam*, ita etiam *ſolidæ anbiquitatis* præfulget *hæreditario* propemodum *amore* & *notitia;* ſoletque proinde ſeveriora in Auguſto illo Senatu & Illuſtri Collegio negotia, blandioribus ejusmodi Phœbi ſtudiis temperare quam ſæpiſſime. Adeo, maximo ſuo merito, *redivivus* ſalutarier meretur *Atlas*, quod antiquæ apud *Hyperboreos* Sapientiæ *Cœlum*, robuſtis ſuſtinendo humeris, *utrasque* ejus *partes* potiores, tam *Deorum*, *Regum* & *Heroum* res præclare geſtas, quam eorundem *Genealogias Stemmatave*, ampliſſimis comprehenſa orbibus, ingenue admodum & ornate, perennaturis repræſentare noverit imaginibus. Dixi novum hunc Hyperboreum Atlantem, præſens opus curaſſe evulgandum; non, me hercle, ſuæ voluptatis cauſſa, cum mss. codices gaudeat ipſe lectitare libentius; nec in gratiam ſolum noſtratium, haud raro ad pretioſa hujusmodi antiquitatis venerandæ λείψανα nauſeantium ac ſtomachantium; ſed in *exterorum* præſertim, curioſioris genii ac ingenii Virorum, *adjumentum*, qui utpote, more perantiquo religioſorum *Deliorum*, *Apollini Hyperboreo* ſacra rite & decenter facturi, *Gothicæ linguæ*, ope veterum hiſtoriarum, penitiorem ſibi acquirere voluerint co-

tryckande / ſiälfwa ålderdoms ålſkan / Sagornas trowärdighet ſamt Wärkets tidatal / antyda och bewiſa.

Jag wil altſå kårteliga detta utreda. Warande förſt til wetandes / at uphofsmann til detta Wärks tryckande / har warit Kongl. May:ts och Swea Rikets Högtbetrodde Mann / Råd / och Cancellie-Råd ſamt Förmann af Wetenſkaps Societeten i Upſala / den Högwälborne Grefwen och Herren / Herr GUSTAF BONDE / ſom af Kongligt Bonda och Förſta blod / genom Kong Erik den 9de ſamt Folkungarna befrägdad / ſannerliga af medfött ådle / ej allenaſt är Swea och Giöta fornfrådens förträffliga älſkare / utan och wid hwarjehanda lediga ſtunder / deras högſt berömlige idkare. Warande altſå wår tids rätta Atle / ſom de gamla Yfwerboars wetenſkaps himel / å kraftiga axlar bärande / des twänne förnämſta delar / ſå i Gudars / Kongars och Hjältars Sagodater / ſom i deras Langfedga- och Ättartal ſkiftade / med ſärdeles idogt mannawett rätteliga och prydeliga wet afſkildra. Denna Högbemälte Herre / ſäger jag / har närwarande Sagoſtock tilänma welat / icke för ſit nöije ſkull / det Han deßutan af handſkrefne böker altid äger; ej eller ljuſt för wår ſkull / ſom ofta hålla wår wördiga ålderdoms dyrbara kwarlefwor för magſtarka; utan i ſynnerhet för de utländſkas gagn ſkull / ſom / af gamal berömlig wana / med de Grækiſka berömliga fornälſkare Delierna / wår Yfwerborna Haboldur tilbörliga hedrande / åſtunda / wårt gamla Götamål rätteliga förſtå / det de doch / utan Sagornas låſande / ej med grund gitta åſtadkoma. Ty emedan förſt / hwar och en ſom i de Scytho Celtiſka häfder någon inſicht hafwer / måſte bekjänna / at Götiſka ſpråket på wår Yfwerborna

na

cognitionem. Quia enim *primo*, omnibus vel tantilla Antiquitatum Scytho Celticarum notitia tinctis, in confesso fuerit, *linguam Gothicam* in Hyperboreorum Atlantica Scythicaque *insula Basilia*, esse *antiquissimam* æque ac *integerrimam*, quæ utpote & edacem *temporis invidiam* & *pereregrinarum* quam maxime subterfugerit *gentium mixtionem*. Siquidem indigenæ hostilium ibi tantum non semper nescii insultuum, alta consederunt pace, vicinis remotioribusque potius imminere imperareque soliti; tantum abfuit ut jugo unquam premerentur dominii aliorum. Cui tamen cervices, licet maxime invitas, præbuerunt *Germani*, haud adeo minus quam *Britanni*, a *Romanis*, terrarum Dominis, subacti, quibus solenne, ut *mores* ita & *lingvam* victis imperare. Neque Germani ab hoc, multis aliis communi fato, diutius immunes fuissent, ni *fatalis* Romanorum *periodus*, Germaniæ *rara cultura*, gentis *Barbaries*, libertasque in *solitudinibus* agendi inveterata, imo tandem *Franci* obstitissent, quorum tamen lingva *Græcismis*, ex *contagio orientalium*, plurimis scatens (quapropter medii ævi scriptores, *Trojanas* ipsis *origines*, ceu *Britannis* aliisque, ex præpostero antiquitatis amore, tribuerunt) auspice Carolo Magno, *Saxoniæ* genti sese insinuavit, quam etiam, multo & ante & post tempore, inconditus *Venedarum Sclavorumque* occupavit sermo. Qua mox infausta lingvarum illuvie evenit, ut, prorsus quemadmodum Gothica Scandianorum, in Mæsia aliisque orientis regionibus degentium, etiam Saxonica, non modo *Græcas verborum præteritorum geminationes* nec non *infinitivorum terminationes*, ut cum scholis loqui liceat, sed etiam perplurimas *Sclavicas* voces civitatis jure donaret, nec in posterum, ob ipsam consvetudinis delectationem, unquam extrudendas. Sola fere *inferior Saxonica*, quod vicinitati ac commerciis debet Scandianorum, genium *antiquæ Gothicæ* plurimum conservavit, quam ego in

na / **Atlandiska** och Scythiska **Konga ö**/ Basilia kallad / är ibland alla det **äldsta** och **renaste** / såsom både af **arilds** eller urälders **fräto** / som och **Utländingars blåndo** / allramäst förwarat; emedan Herrar och trålar / säto där i sin frihet / af fiända anfall sällan eller aldrig brydde / mindre af främande öfwerwåld någonsin kufwade. Hwilket ok doch / så wäl Tyskar som Ängländare / måste erfara / särdeles af de Romare, som altid i högsta måtto sökte / ej allenast sina seder / utan och språk / jämte de öfwerwundnas förtryck / at inrota. Detta öde / såsom mångom androm äfwen allmänt / hade Tyskarna sannerliga måst undergå / om icke Romerska wäldets ödemål / Tysklands ringa åkerbruk / deß inwånares Barbarj, och urgamla frihet medels ödelefnad / ja / om icke enteliga de **Franker** mellankomit / hwilkas tungomål doch af Grækisk gemenskap nog utblandat / (därföre och de bekanta medelålders scribenter, ju af en obetänksam ålderdoms älsko / sökt at deßa, såsom Britannerna och flera / Europæer en Trojanisk härkomst påbörda) genom Kejsar *Carl* den Store / tog ibland Saxerna öfwerhanden / hwilka eljest / så wäl förr som sedermera / måste låta det Sclavoniska språket / få et stort inrymme. Af denna underliga blåndan hånde altså / at ej allenast Grækiska (såsom mann i Scholorna talar) verborum præteritorum geminationes, samt infinitivorum terminationes, utan och många Sclavoniska ord / fingo / såsom hos utländska **Göterna** i Mæsien, altså och hos **Tyskarna** / burskap / och öfwa ännu hos deßa mästerliga sit wälde; Warande **Neder-Saxernas** språk / genom närmare belägenhet och handel med wåra Scandianer / nästan det endaste / som tämeliga wäl i de mästa orden behåller sit forna ädle med wårt **Götiska** / det jag i min öfwannämde Inledning hwarjestådes har bewisat / at först wara moder

in Introductione supradicta probavi, *matrem* non modo esse *Islandicæ*, propter communia puta, gentis primordia cum Norrigis, ex Gotalandia nostra ac Kvenlandia (quæ postmodum Finlandia, ex immigrantibus vocari cœpit Venedis) verum & Islandicam illam, qua Historiæ nostræ perscriptæ sunt, rectissime *Gothicam* dicendam; idque tam propter illius cum hac nostra, tempore introducti etiam Christianismi, omnimodam similitudinem, in *lapidum* maxime *runicorum inscriptionibus* palpabilem, quam etiam propter quamplurimas *Sveo Gothorum colonias*, in *Islandiam*, inde a prima ejus occupatione, sæpius traductas. Qua sane consangvinitate, amicitia ac benevolentia mutua, auspicato factum, ut *legibus Islandicis*, & antiquioribus & recentioribus, sancitum sit, ne Skaldus quispiam infami Svethorum reges lacesseret carmine, nec Svethis jus hereiscundæ, etsi tertio distantibus gradu, decem omnino anorum spatio, denegaretur. His accedit etiam hodierna multo major inter *Islandicam* ac *Svethicam* quam *Danicam*, eaque luculentissima harmonia, quam utpote vel nostra præsentis historiarum septentionalium voluminis versio Svetica ingeret liquido. *Deinde* sæpius quia compertum habuimus, *Antiquarios*, *Germanicæ* præcipue & *Anglicæ gentis*, qui in *origines lingvæ Celticæ* inquirentes, *Glossaria* ediderunt hisque similia opera, *Harmoniam* lingvæ *Gothicæ*, *Germanicæ* ac *Anglo Saxonicæ*, &, si possibile foret, alterutrius *prærogativam* egregie commonstratura, ut testatiores eorum fierent opiniones, *voces* quidem, *verba*, *sententias* & sæpiuscule *totas paragraphos*, ex *historiis Gothicis* in *Svethia* editis (in *Dania* quippe nullæ, quod sciam, si *Ari* Polyhistoris *Schedas* exceperis, Gothico adposito sermone, typis evulgatæ fuerunt) immo nonnulla ejusmodi verba ac dicta, a Danis obiter plerumque scriptis inserta, diligenter transcripsisse; sæpissime tamen *imprudentes* ac *incautos*, in *veram* eorum *significationem* impegisse.

der för det Isländska/ genom de Norskas härkomst från wårt Gotaland och Kwenland/ som af de inflyttade Veneders namn Finland kallades; sedan at det Isländska aldeles bör kallas Götiskt/ både för des/ i Sagorna befintliga/ fullkomliga samanstämande med wårt gamla mål/ åfwen wid Christendomstiden/ hwilket å Runestenarna är ristat/ som och för Islands mykna befolkande ifrån början af Swenskar och Götar. För hwilken nära skyll och wänskap samt förtroende/ Isländarna åfwen i sina äldre och senare Lagar/ hafwa låtit inflyta/ at ej allenast den Isländiska Skald/ som en Swea Kong med okwädins ord skymfade/ han skulle för manndråp anses/ utan och at Swenskarna skulle hafwa arfsrättighet där å landet/ öfwer 10. åhr/ skjönt den i tredje ättleden tilkome. Til slika bewis kommer och särdeles detta/ at Swenskan än i dag hafwer fram för Danskan en ögonstickande större likhet/ med så wäl den gamla som nyare Isländskan/ det jag med denna Sagoflocks öfwersättning har nogsamt allom å daga lagt. Widare/ emedan mann ofta förnumit/ at de Utländska/ hälst Tyska och Engelska häfdesökare/ när de haft lusta til at weta Celtiska språkets grundredor/ och således låtit trycka Orda Böker/ hwarmedels de sökt wisa Götiska och Tyska samt Anglo-Saxoniska språkens öfwerensstämelse/ därhos welat antyda det enas för det andra förmån/ då hafwa de wäl många ord/ undertiden och hela meningar/ af Götska Sagor i Swerige tryckta (ty i Danmark äro nästan inga sådana/ förutan nyliga Are hin Frodes lilla Bok Schedæ kallad/ utkomne) samt eljest hwarjehanda ord och meningar/ åfwen af Danska Scribenter/ merendels infällewis införde/ fliteliga afskrifwit; men där hos oförsichteliga felat i deras rätta bemärkelser och uttydningar. Ju/ därföre/ at de flästa af bemälte tryck-

gisse. Dictarum quippe historiarum plurimas, ita comparatas esse liquet, ut *versionem*, maxime *Latinam*, raro exhibeant, *linguæ* Gothicæ *genium* ac *veneres*, rite & plene exhaurientem, *paraphrasi* utpote magis, quam justæ interpretationi similem, adeoque Gothicam discere volentibus pæne inutilem. His accedit, quod dum exteri illi, Gothici sermonis ignari, ad peculiarium *vocum* ac *phrasium* devenire sategerunt *fontes*, rivos sectati sint minus liquidos, quos *Lexica*, a *Wormio*, *Resenio* & *Verelio* edita, suppeditarunt; quæ & ipsa, partim defectu arida, partim turpibus conspurcata sunt erratis. His itaque caussis commotus *Magnus ille Purpurati Ordinis Socius*, ut reipublicæ litterariæ, etiam hac in parte, consuleret pro virili, mihi, in mandatis dedit, ut præsentem historiarum Gothicarum Syllogen, cum carminibus, quæ iisdem inserta sunt, ita *presse* ex Gothico, in *Latinum* non minus quam hodiernum *Svethicum* sermonem converterem, ut tam exteri quam nostrates, citra formidinem hallucinationis consvetæ, in laboribus suis, nullo non encomio dignissimis, expeditius pergendo, adyta introspicere lingvæ Hyperboreæ possint feliciores. Parui *gratiosissimi* ac *mitissimi Patroni* jussis, fecique, non quidem, quod mihi relictus potui melius, sed quod decumani, qui me hanc provinciam suscipienti, inopinato inundarunt infortuniorum, fluctus, unquam siverunt. Hinc animus variis implicitus discriminibus, *stilum* sæpiuscule inæquali tenore ducendum, non potuit non admittere. Nihilo minus persuasissimum mihi est, quod, tam in *versione Suethica* (licet ei, exemplo *Stiernhielmii* & *Verelii*, ἐμφατικώτερα aliquot voabula, & *vetustas locutiones*, in gratiam eorum, qui
talia

tryckta Sagor äro så beskaffade/ at deras/ hälst Latinska/ **uttolkning**/ sällan uttrycker Götiska språkets rätta snille och must/ warande den samma mera smakande af en alt för **fri** och **prålachtig utläggning**/ än **nätt** och **granlaga öfwersättning**/ samt således mindre tjenlig för dem/ som själfwa språket sig bemägtiga wilja. Hwar til och detta komer/ at när deßa utländska sökt upleta wißa ords och talesätts ursprung/ då hafwa de tilgripit orichtiga Ledare eller Ordalistor/ dem Wormius, Resenius och Verelius utgifwit/ emedan de endels äro ofullkomliga/ endels och af förseende nog felachtiga. Af alla deßa orsaker bewekter/ har **Högbemälte Herre**/ til at åfwen i detta målet/ befrämja den Lärda och wettgiriga hopens nöje/ befalt mig/ til at närwarande Sagoflock/ både å Swenska/ som och å Latin uttolka/ på det i synnerhet de utländska Häfdesökare, måge/ utan frucktan för wanliga fel samt hinder/ i sina berömliga arbeten desto lättare fortfara/ och de Yfwerborna Göters Språk/ til des grund/ egenteliga förstå. Jag har altså lydt denna nådiga och ljufwa **Herrens** befallning/ efterkomande ej det/ som jag eljest mig själfwan lemnad/ wärkeliga hade kunnat/ utan det de hisliga motgångs wägor/ någonsin welat mig tillåta. Därföre hafwa och så mina förtryckte sinnen/ esomoftast til wåga bragt en ojämn och bruten skrifart (*); warande doch försäkrad/ mig hafwa så ansat/ ej allenast **Swenska uttolkningen** (skjönt jag däri fornälskarom til tjenst/ efter Stiernhielms och Verelii berömliga sedwana/ ofta inmängt en hoper **gamla**/ doch **mustiga ord** och **kärta talesätt**/ som ej utan widlöftigt ordaswet låtit sig uttydas; och skjönt de i förstone kunna för hasti-
b ga

(*) Adiutus ideo non nunquam fui, in assuenda historiis de *Rolfo*, *Fridthiofo*, *Alfo*, *Halfdano* & *Sorlo*, Latiali veste, opera Clarissimi & Cultissimi Viri Iuvenis Dni *Jacobi Wibiærnsonii*, qui Cancellariæ publicis actis procurandis, dudum magna sui cum laude admotus fuit.

(*) Altså har jag och måst underhjälpas/ med det huapryd iga samt kwicka manna ämnets Herr Jacob Wibiörnßons Latinska/ doch af mig öfwersedda/ uttolkning på några Sagor om Hrolf Krake, Fridthjof Fräkne, Alfs Kjämpar, Halfdan Branafostre, Sorle Starke och An Bågeswängare.

alia orationis *ornamenta* non minus, quam *compendia*, paraphrasi quippe nonnisi exprimenda tædiosa, cum fructu depereant, passim inspaserim; ab aliis tamen, quibus nonnullam remoram faciant, si modo ad seriem orationis animum adverterint, cum utilitate facilia intellectu) quam etiam in *interpretatione Latina* adornanda, sæpissime ita *lingvæ veteris sensum*, auctores veteres plerumque *κα]ὰ πόδα* sectando, assecutus fuerim, ut nemo, nisi valde morosus, vel etiam ignarus ac invidus, diffiteri queat, quin hac mea, licet, instar aliorum, non ab omni parte perfecta, opera, minori labore, quam antehac factum, non solum *sermonem gentis* aquilonaris *addiscere*, verum etiam ejus *secreta rimari* poterit ex voto.

De *Antiquitatis studio* hæc verbis Th. Bartholini in Epist. de Cruce dicenda: eo sumus ingenio, qui mortalitatem conscia mente circumferimus, ut de illis, quæ *fugax* transmisit *ætas*, magis simus soliciti, quam quæ *futura* speramus. *Hæc* enim quum non *dubia* minus sint quam *metuenda*, non raro *ancipiti* nobis *spe* illudunt; *illa* non certa tantum, sed ex transacta ætate *venerationem* mutuantur. Solemus quippe tantum *fanis* tribuere sanctitatis, quantum adstruxerint vetustatis, & in *lucis* antiqua robora, non tam ob speciem, quam *ætat. religionem* amamus, idque jure meritissimo. Nam *præterita* in *exemplum ducimus*, ut ex singulorum *fato* nostrum informemus, si conferamus utrumque. *Futura* vel ideo detestamur, quod *eventu dubio* incertam volvant sortem. Est (adeo, etiam ex communi opinione) in *antiquo*, alia non levis *existimatio*, in *bonis* quippe etiam quo quid *antiquius*, eo habetur

ga Läsare wara hinderliga/ doch/ om de siälfwa meningen någorlunda eftersinna/ med förmodeligit gagn snart begripeliga) utan och den Latinska **uttolkningen** därjämte så inrättat/ at/ ehuru jag däri merendels **granneliga** fölgt **Götiska hufwudspråket**/ ingen/ utan den okunniga och afwundsjuka hopen/ warder nekande/ at/ eho detta språk ernar sig bemägtiga/ han doch med detta arbetets hjälp/ skjönt det såsom andras/ åfwen granlagaste månniskors/ ej är utan fel/ skall kunna mycket redigare/ än härtils är skjett/ i sit upsät fortfara.

Hwad nu **gamla Håfders idkande** angår/ så är ju/ efter Th. Bartholini utsago/ klart/ at wi dödeliga månniskor ärom så sinnade/ at oß mera är om hjärtat at weta/ hwad den flygtiga åldren kastar oß bak om ryggen/ än det wi håppoms skola skje; tyemedan detta senare är ej mindre **owist** än **fruktsamt**/ så narrar det och oß med et **owist håpp**; men det **förra** är ej allenast **wist**/ utan lånar ochså **heder** af den förbigångna åldren. Altså tilegnom wi gjärna **helgade rum** så mycken wördnad/ som de båra ålderdoms anseende til; och uti **Lundar** tyckom wi om gamla trän/ ej endast för deras anseende/ utan **ålderdoms dyrkan** skull/ och detta ju med rätta. Ty alt det **förbigångna** dragom wi oß til **efterdöme**/ på det wi/ efter hwarje deras **öde**/ mågom inrätta wårt/ när wi jämförom begge twå. Men de **tilkomande ting** styggoms wi wid/ i det de med en **owiß utgång**/ tilskynda et osäkert wahl och håpp. Det **forna** (har då/ efter allmännt tycke) et särdeles wärde/ (**åfwen däraf**) at ehwad i wårt **goda** är äldre/ det hålles och för **härligare**;

Ty

tur *excellentius*; Hinc *primigenia avitaque virtus*, in quibusdam nationibus, per generoſos ac ſeros propagata nepotes, qui utpote, majorum ſtimulati geniis, præluſtribus exemplis & exploratis conſiliis, roburque ſic tanto majus innatamque fere conſecuti ſunt perennitatem; hæc, inquam, nativa virtus, usque adeo apud celebriores orbis gentes valuit, puta non modo nomine ac omine generoſos, noſtros Atlantios, Hyperboreos Scythas & Phrygas, ſed & nominatiſſimos Ægyptios, ut honori ſibi duxerint maximo, per ora decantari hominum, imo, ingenioſis eruditisque comprobari certaminibus, vetuſtiori ſe proſapia, ſapientia & principatu præſtitiſſe. Quam etiam inclutam prorſus generoſæ antiquitatis laudem, prædictos noſtros majores, ab Ægyptiis, ceu argumentorum pondere ſuperatis, facile reportaſſe, probatiſſimæ fidei Hiſtorici prodidere, adſtruxere. Legeſis M. P. Catonis, Herodoti, Trogique apud Juſtinum teſtimonia, additis Orphei, Homeri, Heſiodi, Platonis, Diodori Sic. &c. ſuffragiis de Hyperboreis, Atlantiis, Getis, Thracibus &c. quorum nomina a generoſitate heroicisque geſtis derivanda eſſe, illuſtre antiquariorum Patriæ Par, Rudbeckii, Pater & filius, operibus Atlanticis paſſim dedere probatum. Notum alioqui etiam D. Nicolaum Ragvaldi, Wexionenſis infulæ præfulgidum honore, in Concilio Baſilienſi ſuccincta oratione, Præeminentiam regis regnorumque Svethiæ ac Gothiæ, præſentium utique magno cum adplauſu, exaggeraſſe & propugnaſſe; conf. heic pp. 20. 26. Præterea Cicero Verr. III. teſtatur, quod *antiqua teſtimonia plurimum ſolent* & *auctoritatis habere ad probandum*, & *jucunditatis ad*

Ty har och den **odalborna dygden** hos wiſſa nationer, ſom bliſwit hos efterkomarne fortſatt/ genom medfödt ädle/ förfäders upretande härliga dater och efterdömen/ högt öfwade råd och dåd/ ſamt ſåledes merendels wunnit en alt härligare och waracktigare fortplantning/ ſå mycket uträttat hos de förnämſta folkſlagen/ jag menar ſå wäl hos wåra/ med namn och gagn ädla/Attländingar/ Yfwerborna Scyther och Phryger/ ſom eljeſt hos de frågdefulla Ægyptier/ at de ſkattat det för en ſärdeles åra/til at både priſas/ och med ſinnerika twiſter kunna bewiſas/ hafwa warit äldre ättmänn/ wiſdoms idkare och herſkare. Och at denna ofgamla arfdygden ſamt hedren/ bliſwit förberörde wåra ättborna urfäder af Ægytierna/ ſåſom öfwertygade friwilligt tilerkjänd/ det betyga ſå äldre ſom nyare ſcribenter. Man läſe M. P. Catonis, Herodoti och Trogi hos Juſtinum witnesbörder/ jämförde med Orphei, Homeri, Heſiodi, Platonis, Diodori Sic. &c. utſagor om wåra Yfwerborna och Attländiſka Geter/ Thracer ꝛc. hwilkas namn wara tagne af högboren Ätt/ och Drakar eller Hjältar/ wåra wittberömda Herrar Rudbeckar i ſina Atlantiſka wärk hafwa nogſamt bewiſat. Eljeſt har ochſå den lärda/ då för tiden warande/ Biſkopen i Wexiœ Doct. Nicolaus Ragvaldi i en nätt oration på Baleſka mötet/ med allas nöje påyrkat wåra Swears och Götars urgamla heders rättighet/ jämför widare här pp. 20. 26. I ſå måtto ſäger Cicero: **de gamla witnesbörder pläga öfwermåttan wärderas/ wid en tings bewiſande/ warande och ganſka nögſama at höra.** Ja/ Macrobius: **om wi hafwom** för-

ſtånd/

ad audiendum. His Macrobius Saturnall. l. 2. persvasus, in hæc erumpit verba: *Vetustas, si sapimus, semper nobis adoranda est* &c. Monetque profecto Syracides c. 44. v 1. seqq. omnium optime: *laudemus gloriosos & majores nostros genere, dominantes in regnis suis & viros celebres potentia; consilia ineuntes cum intelligentia sua, quorum eruditioni sapientes sermones inerant; viri divites, instructi robore, omnes per generationes adepti sunt gloriam, qua gloriati sunt in diebus suis.* Præterquam itaque, quod *officium boni* cujusvis *civis* certissimum sit, *suæ* potius quam alienæ consulere *patriæ*, etiam in iis, quæ *antiquitatibus* ejus conducant *illustrandis*, siquidem non modo, uti JCti loqui amant, *res maxime immemoriales*, tam *universas* provinciarum, quam *privatas* civium, sed etiam *ornamentum* reipublicæ, ex *studiis humanioribus* acquirendum, respiciant; non nulla insuper, quæ ad *veri sapientisque*, commendationem *amoris* in antiquitates, faciant, adtulit Clariss. Verelius in dedicationibus historiarum Gothrici ac Herrœdi, oppido religiosis ac politis. Sed vero deplorandum prorsus est, *antiquitatis* hoc *studium*, quod illustris Puffendorfius Juris Nat. & Gent. l. 2. c. 4. §. 13. *condimenti & ornamenti vicem in cultura hominis habere*, fatetur, ita comparatum esse, ut, Cl. Weidnero in præf. Tr. de Pietate in numis antiquioribus delineata p. 1. dicente, *illud pauci æstiment, contemnant plurimi.* Reddenda si sit
„ *ratio, fabulosam* esse vetustatis opi-
„ nionem obtendunt; at veram nobis
„ indagantibus caussam, *ignoratio*
„ *rei* obvenit. Scilicet hominum ani-
„ mi ita plerumque comparati esse
„ solent, ut, quod ipsi vel nesci-
„ unt, vel scire nec volunt, nec
„ possunt, veluti optime hæc talia
„ essent docti, *superciliose negligant*, con-

stånd/ då bör oß wörda ålderdomen. Blifwande alt slikt / med starkare skiäl anfört af den wisa Syrach. c. 44. v. 1. etc. Låt oß låfwa / säger han / de ärliga månn och wåra fäder / den ena efter den andra. De hafwa sin rike wäl regerat och märkeliga gjärningar gjort / De hafwa gifwit wislig råd och förstånd. De hafwa i all sin tid låflige warit / och / emedan de lefde / högt achtade / och efter sig left et ärligit namn. Nu / til at ej med många ord omtala den bekanta stora skyldighet / som hwar och en redlig mann åligger / til at tjena sin ätt och fosterjord / mera än främande länder / i deras häfders och handlingars uplysande / hälst slikt gagnar / ej allenast til at bewisa et rikes både allmänna och synnerliga urminnes saker / des länder samt egendomar angående / utan och til des prydande af hederliga wettenskaper; så kan mann för öfrigit / hwad til den rätta och wisa ålderdomens billiga beröm länder / läsa Verelii bewekliga tilskrifter / så wäl af Götriks som Herröds Sagor. Men här må man med Weidner i Tr. de Piet. in Num. antiq. billigt beklaga / at wärt häfdeidkande (det den förträffeliga Puffendorf hällit före / wara människo snillets krydda) warder doch
„ sällan wärderat / måstadelen för-
„ achtat. Orsaken förebärs den-
„ na / at forna mål äro dicktesul-
„ la; men mig tyckes at rätta skjä-
„ let består i sakens okunnighet.
„ Månniskorna äro nämliga så
„ sinnade / at ehwad de anten själf-
„ wa ej weta / eller och ej wela och
„ kunna weta / likasom de själfwa
„ hade slikt redan förstått / anten
„ förgjäta eller och spåtskeliga be-
„ grina / så at de uthwißla äfwen
„ dem / som sig til slikt hafwa sla-
git /

„ *contemnant*, & qui se dant isti
„ arti *exsibilent*. *Ridenda* vero est
„ horum & *miseranda conditio*.
„ Quippe in hunc fere modum cum
„ iis agi solet, ut dum adolescunt,
„ & longas noctes agunt, ubi paulo
„ solicitius indagare res sibi igno-
„ tas debuissent, ignari contem-
„ nant, & *suis non servire commodis*
„ arbitrentur, hinc, quando eos qui-
„ dem *aliqua ex vetustatis comme-*
„ *moratione*, *prisca opinio* allicit, ta-
„ men *profundiora* esse ejus *secreta*,
„ quam, ut investigare queant opi-
„ nentur. Dein *res angusta domi*
„ & parva parentum supellex humi
„ repere, neque ad altiora hæc ele-
„ vare frontem patiuntur. Huic
„ robur addit *Patronorum langvens*
„ interdum *auxilium* & *curta subsi-*
„ *dia*, quæ strenue eruditam am-
„ bienti famam, copiosioremque
„ rerum antiquarum notitiam, ter-
„ minos figunt, neque hos super-
„ gredi aut evitare sinunt. Porro,
„ quæ olim ex *ore Magistri*, hæc *talia*
„ *nescientis*, hausere, eadem avide
„ retinentes, etiam tanquam Apol-
„ linis ex tripode *dicta verissima de-*
„ *fendunt*, neque ullo modo ab iis
„ amoveri se patiuntur, & inde,
„ ubi se æqualium colloquiis misce-
„ ant, oblata occasione tædii sui
„ referre tuerique caussam, aliis-
„ que iterum instillare, immo, si
„ *exemplum* aliquod hac in arte de-
„ prehendant, ridere conantur.
„ Tandem *doctiorum* eos confirmat
„ *auctoritas*. Dum namque hæc stu-
„ dia negligi, aut certe non adeo
„ ut jure debebant, æstimari vi-
„ dent, *assentiuntur*, & ipsa, quam
„ vel, opinantur vel sibi persvaderi
„ sinunt, gravitate difficultateque
„ territi, *incuriose* aspernantur at-
„ que omittunt. Et hæc sunt quæ
„ canam prohibent scientiam, ob-
„ stacula, quibus retardati multi,
„ infelicium ex parte hac Lite-
„ ratorum numerum impleverunt.
Sed numne illustris Morellii de *re Numaria* sententia, Lectoris cordati mereatur assensum, haud quidem ego satis definiverim; verba ejus in Epistola de Numis Consulari-
bus

„ git. Doch må mann wäl le och
„ ömka sig öfwer slikas **tilstånd**;
„ ty thet går nästan således til med
„ dem/ at/ sedan de tilwuxit och
„ länge såswit på armbogen/ när
„ de böra angelägnare beflita sig
„ om obekanta saker/ då förachta de
„ dem af fåwisko/ och mena dem wa-
„ rasför sin **bekwämlighet** otjenli-
„ ge. Altså när något tycke dem
„ åkomer för forna minnen, då
„ tycka de/ at deras **hemligheter**
„ äro djupare/ än de kunna ransa-
„ sas. Därtil med twingar dem
„ **fattigdom** samt föräldras knap-
„ pa underhälle/ til at så gott som
„ krypa/ och ej til slik mannafrägd
„ uplyfta ansichtet. Så hindrar
„ dem åfwen Patroners ibland **trö-**
„ **ga hjälp** och **ringa bokförråd**/
„ som ju inskränker deras åhuga/
„ som eljest tämmeliga kunde brin-
„ ga sig up til et lärt rychte och
„ fornsakers alt ömnigare wettskap/
„ och måste så inom slika skrankor
„ hällas bundne. Widare/ ehwad
„ som blifwit dem/ af en i slika mål
„ **okunnig Läromästare** inpräglat/
„ det behålla de mycket ömt/ **för-**
„ swarande slikt/ såsom en **hög-**
„ **sta sanning**/ af Haboldurs helga
„ trefot härkomen/ utan at det sa-
„ ma ur deras hjärna utskudda. Se-
„ dan när de sig i gelikars samtal
„ inläta/ då pläga de sina orsaker/
„ til let snan för de gamla saker ut-
„ prata och förswara/ samt **an-**
„ **drom** likaledes åter slikt inbilda;
„ ja/ om de något exempel i den-
„ na känsten eller wetenskapen fin-
„ na/ så le de däråt. Enteliga styr-
„ ker dem/ de **lärdares myndig-**
„ **het**/ ty emedan de se sådana stu-
„ dier försumas/ åt minstone ej til-
„ börliga wärdas/ så **samtycka** de
„ til slikt; de warda ochså af själfwa
„ swärigheten/ den de sig inbilda
„ eller och läta inbilda/ ofta för-
„ skräckte/ och **förachta** samt **för-**
„ **gäta** således altsamans. Och si!
„ deßa alla orsaker äro de/ som för-
„ hindra den forna och gråa weten-
„ skapen/ hwarigenom många war-
„ da återhällne/ och upfylla så til
„ en del det olyckliga lärda antalet.

Men

bus, sic habent: *numismata nihil sunt, præter rudera priscæ vanitatis, quæ si per omnia intelligerem, nec major nec melior essem; sed si inde superbirem, circulus meus amplificaretur in sphæra stultitiæ, cum periculo tituli auricularis societatis Bileamiticæ.* (*)

De *Sagarum* seu *Historiarum* Hyperborearum *fide*, non nulla, & quidem egregia, celeb. Sheringhamus Origg. Angl, p. 265 seqq. plura Salanus nott. ad histor. Egilli & Asm. p. 79 ad 88. p. 93. ad 158, nec non cl. Torfæus Ser. RR. Dan. c. 2. *seqq.* plurima autem ego in prædictæ Introd. parte posteriore. Heic itaque, ne eruditæ ταφριδομανίας (de qua elegantem edidit dissert. Io. Bergerus, Historiogr. Saxon. peregregius) me quis insimulet, ex vicinia celebris Antiquarii *Otth. Sperlingii*, de nostris Sagis, contra illustrem *Leibnitzium*, borealium antiquitatum imprudentem plerumque judicem, latum judicium, adponere fas erit; Exstat vero illud in Novv. litt. Maris Balth. A. 1699. p. 366. his verbis: „ *Sagas* ego illorum *magnæ* „ *fidei, multoque honore antiquitatis solidæ*

Men om icke den förnäma Morells omdöme om **Myntahäfd**, är billigt, som fälles i hans Epist. de Numis Consularib. det måge andra nogare eftersinna; hans ord lyda sålunda: **Mynt äro ej annat, än gamla fåfängans kwarlefwor; ty om jag dem fullkomliga förstode, worde jag doch däraf hwarken större eller bättre. Men om jag och skulle yfwas däröfwer, blefwe min krets i dårars rundel, alt widare, under fricktan för namnbot i** *Bileamiti***ska öreskrået.** (*)

Om Sagornas trowärdighet finner mann, at Sheringham i Origg. Angl. p. 265. seqq. sig myckeet beskjedeliga utlätit, mera har Salan i nott. ad hist. Eigilli & Asm. p. 79. ad 88. p. 93. ad 158. samt Torfæus i Ser. RR. Dan. c. 2. seqq. inflyta låtit, det mästa har jag i min Inledning anfört; dy må jag, til at undfly någon wettwillings beskyllande, såsom wore jag intagen af alt för stark fäderneslands ålsko (hwarom den Saxiska Historiographus Bergerus, i en särdeles disput. har handlat) här allenast införa den berömliga Danskens Ottho Sperlings omdöme om wåra Sagor, det han i Novis litterar. Maris Balth. Ahr

(*) Notum alioqui, *historias* antiquas, non modo exemplorum rerumque memorabilium, sed & veritatis minus fucatæ, esse feraciores, quam *Numos*, hosque adeo ab illis illustrari, immo, sæpiuscule corrigi debere; quod ipsum illustris *Leibnitzius aliique* rei numariæ scriptores candidiores inculcarunt, quorum effata etiam legas licet, in Epistolis ac dissertationibus, *Branduri* Bibliothecæ, a D. *Fabricio* subjectis. Hac vero occasione indicare haud abs re fuerit, me peculiari opusculo probasse, *SvioGothos*, etiam ante *Odini* post. tempora, *numis* usos fuisse *domesticis*, a qua sententia proxime abesse celebrem D. Prof. Nettelbladtium, in dissertatione egregia de jure circa rem Numar. in Svethia (qua aliorum inertiam dicam an vanum conatum, in conficiendo Commentario critico, ad b. m. Brenneri Thesaurum Nummorum Svio Gothicorum, egregie elusit) gaudent rerum patriarum peritiores quilibet; serio pariter mecum professi, quod si egregiis ejus conatibus, Mæcenates Litterarii favere vellent impensius, gloriæ ipsi suæ augmentum lucraturi essent certissimum ac perennaturum.

(*) Warande och det bekant, at forn Sagor äro, ej allenast rikare af wackra efterdömliga saker, utan och pålitligare, än gamla mynt, så at deßa böra af de förra merendels uplysas, ja, och rättas; hwarom Leibnitz jämte andra, som sjelfwa om mynt hafwa skrifwit, kunna läsas. Jämför de Epistlar och dissertationer, som af D. Fabricius äro andragne i tilökningen til D. Branduri Biblioth. numaria. At wåra Swenskar, ej allenast i den senare Odens tid, utan och tilförende brukat mynt, det må jag och här nämna mig hafwa bewisat i en särskilt skrift; från hwilken mening jag och finner den arbetsama Herr Profess. Nettelbladt ej långt afwika, i en berömwärd disputation, hwarmed han å daga lagt andras okunnighet eller orkelöshet, til at wid sal. Assessor Brenners Thesaurus Numorum Sviogothorum gjöra et wederbörligt omdöme samt utläggning. Önskande jag, med andra rättsinniga, af redligt sinne, det måtte de förnäma bokliga känsters Beirämjare, hans priswärdiga upsåt, til at, så wäl i detta, som andra mål, befordra och uplysa Swenska häfder, alt mera underhjälpa samt förswara.

„ *solidæ* munitas existimo, & longe „ digniores, quam ut inter somnia „ & fabellas rejiciantur. Habent „ eorum nonnullæ, hoc commune „ cum Græcis & Romanis Germa- „ norumque historiis, & quibus dam „ antiquis, ut sine *fabulis* non sint, „ τερατολογοῦντες nonnunquam. Sed „ si *comparentur* inter se *Græcæ*, *Ro-* „ *manæ*, aliæ, cum Sagis, *præferam* „ ego *Sagas*, quod & *simplicitatis in-* „ *nocentissimæ* sint, & *falsa* facile se „ prodant, tum & quod *veritatis* „ *plus* habeant. Hæc & plura ille, qui etiam pag. seq. digne eundem reprehendit, ingeniosissimum alioqui, Leibnitzium, ob inconcinnam *opinionem*, de *transgressu majorum nostrorum e Germania*, quam etiam Sheringhamus d. L. cum aliis perspicacioris prudentiæ exteris, dudum destruxit. Sed quæ *falsa*, in verbis allatis Sperlingio, dicuntur, ego, aut nulla, aut potius *mythica* & *allegorica*, seu *reconditi sensus* esse, vel ipsis *antiquorum testimoniis*, quæ variis confirmantur *exemplis*, in Introduct. probavi. Quod ne portentosum cuipiam videatur, en ipsum Torfæum, rigidum alias nonnullarum, etiam pulcherrimarum, fabularum furcillatorem, in Ser. Regg. Dan. p. 32. intercedentem; ubi nempe dubius hæsit, an quæ de *monstroso habitu* Gigantum, Nanisque & *variis* præstigiis *memorentur*, *secundum verba intelligenda*, & *a vanis hominibus adjecta sint*; *an potius*, *aliarum vetustatis fabularum instar*, *ad alium sensum trahenda*. Hinc etiam p. 34. fatetur, hanc suam de fabulosis ejusmodi scriptis sententiam esse: *magnum in iis dijudicandis temperamentum requiri*, *eaque*, *ob solam præstigiarum commemorationem*, *licet frequentiorem*, *si cetera proba*, *temere rejicienda non esse*. Quin immo, in Prolegom. ad Hist. Norrig. hæc addit: *neque enim statim pro falsis habenda*

